



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxi. De regularibus & transeuntibus ad religionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De reg. & tran. ad relig.

19. *Prohibemus.* Sed nec laici decumas quas detinebūt in alios laicos transferunto. Si quis receperit, ni reddiderit ecclesie, christiana libitina priuator.
35. *Interdicimus.* Immo & decumas à laicis detentas quæ ad alienas ecclesias pertinebunt nec persona ecclesiastica ab eisdem laicis in pignus recipito.
1. *Decimam.* Hactenus de decumis, & oblationibus. Quod enim ad primitias spectat: sacerdotes in primitiis offerendis amplius quàm lege definitum fiet ne exigunto.

De regularibus & transeuntibus ad religionem. Tit. 31.

1. *Nullus.* **N**Vllus nisi in legitima ætate, & spontanea voluntate tondetur.
6. *Quia in insulis.* Immo in quibus monasteriis dura erit monachorum congregatio pueri ante duodeuigesimum annum ne suscipiuntor.
8. *Ad nostram.* In aliis monasteriis qui susceptum religionis habitum ante consummationem annorum quatuordecim deposuerint, quive post annum decimū quartum habitum sine probatione susceperint, si tamen intra triduum deposuerint, à monasterio ne vendicantor. Si quam post vxorem accipere iurassint, ni quæ rationabilis causa obfistet, hanc liberè traducunto.
14. *Cum firmus.* Itē si pater cum filio puero se ad aliquod monasterium cum bonis suis contulerit: puer, cum ad discretionis annos peruenerit, si habitum monachalem retinere nolet, nec eum ad hoc inducier potis erit, ne compellitor. hunc si dimittere

volet, licet. bona paterna quę ipsi ex successio-
ne prouenient recipito.

Qui non à parentibus monasterio oblatus in-
tra decimum quartum annum facti voti pœni-
tens à religione recesserit, à voto professionis
quod faxit absolutus esto. Sin à parentibus obla-
tus decimo quarto anno completo religionem
quis intrasit, póstve decimum quartum annū
professionem prius à se factam ratam habesit: is
ad eandem aliámve religionem transire compel-
litor.

11. Signifi-
catum.

Si quis ante legitimos annos sine consensu pa-
rentum suorum tonsuratus, post annosve legiti-
mos per vim clericus factus erit: ni ipse, aut etiā
parentes eius intra annum ad principem, pro-
prium episcopum, missūmve dominicum recla-
masint, in clericali permaneto.

2. Si quis.

Quę infra discretionis annos à parentibus
monasterio tradita habitum religionis induens
benedictionem accepit, ni tunc euidenter con-
tradixerit, præsertim si ratihabitione sequuta
(etsi quandoque contradixerit) ante gesta robo-
rasit, monasticę professionis iugum excutere
nequit. monachum monachámve aut pater-
na deuotio, aut propria professio facito. quic-
quid horū allegatū erit, teneto. reuertēdi ad se-
culū aditus penitus interdictus esto. At quę puel-
lę ætate nubili parentum imperio coactę virgi-
nitatis habitum susceperint, ipsum sine præua-
ricatione rectè deserunt.

12. Cum
virum.

Clerici quoque, qui religionis habitum susce-
perint, si eius ad quam migrasint austeritatē ser-

9. Super
eo.

De reg. & transf. ad relig.

tuare nolent, ad minorem religionem transire coguntur. amplius in ecclesiis secularibus ne adsumuntur. At si ante susceptum huiusmodi habitum in probatione positi recedere volent: ad priorem statum redire ne prohibentur.

21. Postulasti. Immo qui in minoribus annis constituti nouitiorum habitum suscepserint, si intra annū postmodum professione non facta ad seculum reuertentur, & episcopis suis hoc scientibus ad sacros ordines promoti fuerint: in quibus ecclesiis ab his instituti erunt, liberè ministrant. ab his propter hoc ne amouentur.

23. Statutus. Nouitiis enim in probatione positus ante susceptum religionis habitum qui profitentibus dari consuevit, antequam professionem emissam, nisi quos euidenter absolutè vitam mutare voluisse, & in religione perpetuò domino deseruire velle adparebit, ad priorem statum infra annum libere redire licet. In quibus locis religiosi nouitiorum habitus à professorum habitu distincti non erunt, vestes profitentibus concedendę professionis tempore benedicuntur. sic eorum habitus discernuntur.

20. Confulti. Cæterum qui conuertitur si absolutè vitam mutare, & sub habitu regulari omnipotenti deo deinceps famulari proposuerit, si intra tempus probationis ante professionem emissam exire velit: vt regulariter viuat ad laxiorem saltem regulam transito. At si conditionaliter experiri regularem obseruantiam propositum eius erit, vt eam intra annum, si placuerit, profiteatur, alioquin moribus emendatus ad statum pristinum reuertatur.

tatur: olli ad seculum remeare liceto. seculariter tamen ne viuito. vt autem eius intentio plenius adgnoscat, propositum suū in principio protestator.

Quicquid sit, episcopi diocesana sibi lege ^{22. Eo} subiectos qui per annū in monasteriis habitum ^{parte.} gesserint monachalem duabus viis ingredi ne sinunto. Regulā ordinis profiteri & seruare ecclesiastica censura compellunto.

Vidua quoque si sponte velum conuersionis, ^{4. Vidua.} quamuis non sacrum, sibi imposuerit, & in ecclesia inter velatas oblationem deo obtulerit: velit nolit, licet eo tenore, vt deponere posset, velamen sibi imposuisse sacramento firmare volet, sanctimoniam habitum vlteriū habeto.

Vir autē & mulier si disēfione inter eos sub- ^{19. Veniēs} orta alter alterum non requirere corporaliter iurassint: hoc iuramentum illicitum esto. & si vir legitimam causam dissoluendi matrimonii prætenderit, & ad secūda vota vterque migrasset: ni ante ecclesie super hoc fides facta fuerit, vir relictam vxorem recipito. causa iudicio deciditor. Si tamen contra matrimonium nihil probatum erit, & muliere ad pœnitentiam agendam includi volente vir etiam seculo relicto ad regularem vitam migrare volet: liceto.

Porrò qui clerici monachos se habitu & no- ^{3. Vt clerici} mine fingent, nec erunt, vt veri monachi veri- ^{ci.} ve clerici sient, conriguntor.

Monachum enim non habitus, sed regularis ^{13. Porre-} professio facito, vnde si à conuertundo votum ^{ctum.} etiam in infirmitate emissum erit, & ab abbate

De reg. & tran. ad relig.

receptum: qui id faxit, monachus fieri, & domino quod promiserit reddere compellitor.

17. *Sicut
nobis.*

Qui ergo regularem habitum se postulante suscepit, & ad obseruantiam religionis canonicæ sua se professione obligasset, etsi id in egritudine quasi de morte securus faxit, nec ad ecclesiam transferit, nec bonis suis vti cessasset, videntibus etiam & scientibus ecclesiæ prælato & canonicis à quibus habitum suscepit: ad resumendum eius habitum ecclesiastica distictione compellitor.

15. *Sicut
senor.*

Si quo tamen tempore infirmus extra mentem positus habitu monachali indutus erit: hic nullus eius consensus esto. ab obseruatione monastici ordinis, ni postea mentis suæ compositus spontanea voluntate professionem monachalem faxit, absolutus denunciator.

16. *Ad
apostolicam*

His vt obuiam eatur, ante vnus anni probationem nemo monachus efficitur. Interim conuorsus asperitates monasterii, & monasterium huius mores experiuntur. si tamen ante hoc tempus probationis qui conuerti desiderabit habitum recepit, & professionem monasticam abbate per se aliumve eam recipiente emisit: vterque ei quod pro se introductum est renunciare intellegitor. Ille per professionem sic emissam & acceptam ad obseruantiam regularem obligatus esto. verè monachus censetur. Abbates tamen ad professionem ante probationis tempus passim quoslibet ne recipiunt. si indiscrète facient: animaduorsione debita conriguntur.

Qui

Iidē abbates & alii religiosorū prælati, ne san- ^{24. Ner}
 guis eorum de manibus ipsorum requiratur, ^{ligiosi.}
 prouidento.

Qui capitulis præfidētes, patres, abbates, prio-
 resve erunt, fugitiuos suos & de ordine suo deie-
 ctos sollicitè annuatim requirūto. hos, si in mo-
 nasteriis suis secundū ordinem regularem re-
 cipi poterunt, abbates priorésve eorum recipe-
 re salua ordinis disciplina monitione præuia per
 censuram ecclesiasticam compelluntor. Sin re-
 gularis ordo hoc non patietur: vt apud eadē mo-
 nasteria in locis cōpetentibus, si absque graui
 scandalo fieri poterit, alioquin in' religiosis do-
 mibus eiusdem ordinis ad agendam ibi pœni-
 tentiam ollis vitæ necessaria ministrantur, apo-
 stolica autoritate prouidento. Eosdem si ino-
 bēdientes inuenient, excommunicantor. Donec
 ad eorum mandatum humiliter reuertantur,
 tandiu eos ab ecclesiarum prælatis excommuni-
 catos pōblicè nunciari faciuntor.

Maximè autem cisterciensis ordinis mona- ^{7. Non est}
 chos & conuorsos post professionem sine suo-
 rum abbatum licentia per episcopatus suos reci-
 pi ecclesiarum prælatis ne permittuntor. Si qui
 ex eis sine licentia abbatum suorum de mona-
 sterio exierint, ni commoniti actutum redibūt,
 eos regredi compelluntor.

Sed & nemo monachus de monasterio in mo ^{5. Ioānes.}
 nasteriū temerè migrato, vt nec peculiare quic-
 quam habeto, qui hoc præsumpserit, monaste-
 rio in quo ab initio conuersatus fiet, sub abbatis
 sui regula competenti conrectione redditor.

R

De conuor. coniug.

9. *Sanè.* Canonicus quoq; ecclesia in qua professio-
nè faxit relicta si in monachū ab alterius mona-
sterii abbate recept⁹ erit, locúsq; vbi permane-
bit maioris religionis erit quā illa quā fugerit:
ipse in eodem loco cum pura conscientia per-
maneto. alioquin ad priorem ecclesiam redito.

18. *Licet.* Quibus autem monachis, canonicis, hospita-
lariis, & templariis priuilegium hoc concessum
erit, ne quis apud eos professus ad alium locum
etiam arctiorem religionis velamento transire
possit, tantum, ne quis ex temeritate, leuitate
in iniuriam seu iacturam eorum ordinis hoc
prætextu ad alium ordinem transuolet, viden-
to. Si quis autē cum humilitate & puritate non
fictē transeundi licentiam petet: ne denegan-
to. Alioquin ei qui petierit absoluto sanctioris
vitę propositum implere liceto. At si ad laxio-
rem arctioremve ordinem ex temeritate, an ex
charitate quis transire volet, dubitatio erit: su-
perioris iudicium requiritur. Præsulatum ve-
rò absq; Romani pontificis licentia nemo qua-
cunque occasione deserito.

De conuorsione coniugatorum. Tit. 32.
2. *Verum.* **P**ost legitimum consensum de presenti alte-
ri cōiugum altero repugnante, dum carnalis
commixtio inter eos non interuenerit, mona-
sterium elēgere liceto. Remanenti, ni monitus
continentiam seruare volet, ad secunda vota
transeundi potestas esto.

14. *Ex parte. ij.* Sed etsi causam aduersus sibi desponsatum
prætendat propter quam per verba de præsen-
ti desponsata velum suscipere volet, siue lepra